



**Praxis Iurispatronatvs Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;
ac amittendi modos breuiter continens**

Viviani, Giuliano

Romae, 1620

Cap. 6. habenti instituere nullum est à iure tempus præfixum ad
institutionem faciendam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](#)

C A P V T S E X T V M.

Habenti instituere nullum est à iure tempus præfixum ad institutionem faciendam.

S V M M A R I V M . od

- 1 *Instituere habenti nullum est tempus præfixum ad instituendum.*
- 2 *Superior potest tempus præfigere instituere habenti.*
- 3 *Superior ubi non est præfixum tempus à iure, potest ex officio præfigere.*
- 4 *Archiepiscopus potest præfigere tempus Episcopo suffraganeo instituere habenti.*
- 5 *Superior si ex iure devoluto conferre debeat beneficium, habet semestre.*
- 6 *Papa nullo tempore limitato tenetur conferre beneficia.*

1 **T**empus à t iure præfixum non reperitur habenti instituere, intra quod facienda sit institutio, sicuti præfixum est collatori ad conferendum. Rot. Roman.

de iurepatr. in nouis. decis. 4.
incip. secundum omnes. Po-
test tamen per Superiorem
certū tempus assignari habēti
instituere infra quod si non
instituerit, potest postea illū
compellere. c. nullus. de iure-
patr. Lamb. de iurepatr. lib. 2
par. 3. q. 2. art. 6. & quod Su-
perior tibi à iure nō est præ-
fixum tempus possit certum
tempus præfigere, aliaque
facere, vide Abb. in cap. post-
quam. num. 8. in fine. de
elect. & in cap. cum Ecclesia
Vulterrana. num. 7. de elect.
& in cap. ex parte. columna
penult. de concess. præbend.
& in cap. ab excommunicatio-
to. colum. 4. de rescript. fa-
cit tex. in cap. si Capitulo. in
fine. de concess. præbend. li-
bro 6. & tex. in cap. irrefra-
gibili. §. excessus. & ibi Fe-
lin. de offic. Ordin. capit. sa-
cro. in fine. de sentent. excō-

mu-

236 Pars II.Lib.XII.Cap.VI.

municat. & in clemen. prima de iurepatronatus. facit glos. penult. in cap. vlt. §. vlt. de consuetud. libro 6. & insuper Lambertinus vbi supra putat superiorem debere præfigere tempus duorum mensium ad instituendum , post quatuor menses datos ad præsentandum ; sed hæc omnia arbitrio Superioris remittuntur. iuxta notata in cap. de causis . de offic. deleg. & ideo dicit Abb. in cap. 2. num. 12 de concess. præbend. Quod

4 si ad † Episcopum pertineat institutio , poterit Archiepiscopus eius Metropolitanus eidem Episcopo præfigere tempus , eiusque negligentiam supplere , quod declarat Lambertin. vbi supra. articulo 7.

5 Adde † supradictis , quod si quis debeat conferre , seu instituere ex iure ad se deuoluto ex negligentia patroni , vel ex negligentia ha-

bentis instituere , eo casu habet semestre ad conferendum , seu instituendum. Abb. in cap. causam quæ. numero 6. de elect. Rot. Roman. de supplen. neglig. Prælat. in nouis. decisio. prima, incip. fuit dubitatum. Rocch. de Curte. de iurepatronat. verbo, honorificum. quæst. 32. quod semestre currit à die notitiæ. cap. 2. & ibi gloss. in verbo, infra sex menses. de concess. præbend. & tradit Lambertin. vbi supra .

6 articulo 8. Papa vero † nullo tempore limitato astringitur ad conferendum, etiam si sciat deuolutionem ad se factam, secundum loan. And. in capitulo 3. de præbend. libro 6. & ibi Philipp. Franc. columna tertia. Rot. Roman. de iurepatronatus. in nouis. decis. sexta. incip. si propter negligentiam . & Abb. in capitulo ultimo de iurepatronatus.

CA-